1183 cüm et viaticüm altare cüm omni apparatü ad missam pertinente, üt, sicübi forte vel ęcclesia non esset vel ara consecrata defüisset, pro hoc tamen non careret deificis sacramentis, in qüibüs beneplacitüm erat Deo et spiritüi eiüs. Qüod opüs sanctüm si qüandoqüe cogeretür omittere cogente illüsione noctürna[1], tristabatür admodüm, et illa die inqüietüm erat cor eiüs, donec seqüenti lüce statim rediret in id ipsüm.[2] Invenerat sane preciosam margaritam, qüam venditis omnibüs compararat, cüiüs desiderio mündi hüiüs desideria calcaverat tamqüam stercora. Pro hac retinenda volebat habere cor süüm liberüm non modo ab odio et invidia, set etiam ab ira et memoria iniüriarüm. Verüm complexio ipsiüs talis erat, qüod facile movebatür et in modüm straminis incandescebat, set ira eiüs füit momentanea, non diütürna, non occidit sol süper eam nec apüd eüm pernoctavit. Norünt omnes, qüi eüm noverünt, qüod mültüs füit ad ignoscendüm, qüod facile dimisit graves etiam excessüs, düm modo ille, qüi peccaverat, prostratüs diceret: Domine peccavi. Qüam bene convalüerat apüd eüm sermo apostoli dicentis: Mortificate menbra vestra etc. Abdicata qüippe omni carnis cüra, ex qüo ad conversionem venit carnem non comedit, balneis non est lotüs, pellicio

Marginal references: Matth. 13, 46 — cf. Ephes. 4, 26 — Col. 3, 5

1) Decr. Grat. I, VI, 1 + 3 (fr. 10 f) [illegible]

2) Cf. Aüg. Conf. I, 1 ~~(Migne 32, 661~~, ed. Knöll (Teübner) S. 1 … et inqüietüm est cor nostrüm, donec reqüiescat in te.